



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Sacros. Concilii Tridentini Canones Et Decreta**

**Gallemart, Jean**

**Coloniæ Agrippinæ, 1621**

Decretum suspensionis Concilij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39157**

## SESSIO XVI.

QUÆ EST SEXTA, ET VLTIMA.  
 SVB IVLIO III. PONT. MAX.  
 CELEBRATA DIE XXVIII APR.  
 M. D. LII.

*Decretum suspensionis Concilij.*

**S**ACROSANCTA œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, presidentibus in ea Reuerendissimis Dominis, Sebastiano Archiepiscopo Sipontino, & Aloysio Episcopo Veronensi, Apostolicis Nuncijs, tam eorum proprio, quam Reuerendissimi & Illustrissimi Domini Marcelli, tit. S. Marcelli sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, Crescentij, Legati, ob aduertam eius grauissimam valetudinem absentis, nomine, non dubitat Christianis omnibus patere, hoc Concilium œcumenicum Tridentinum primò à Paulo fel. rec. conuocatum & collectum fuisse; deinde à Sanctissimo Domino nostro Iulio III. efflagitante Carolo V. Augustissimo Imperatore, ea præcipuè de causa fuisse restitutum, vt religionem in multis orbis partibus, & præsertim in Germania, in diuersas opiniones miserabiliter distractam, in statum pristinum reuocaret; abusus & mores Christianorum corruptissimos emendaret; cumque ad hoc agendum quamplurimi Patres, nulla laborum suorum, periculorumque habita ratione, è diuersis regionibus alacriter conflaxissent; resque strenuè magno fidelium concursu, feliciterque procederet, ac spes esset non leuis, illos Germanos, quæ eas uicinitates excitarant, in Concilium venturos sic animatos, vt veris Ecclesiæ rationibus vnanimiter acquiescerent; lux denique quædam rebus affulsisse videretur; caputque attollere inciperet profligata antea & afflicta Respublica Christiana; repentè tumultus, ea bella hostis generis humani

Concil. Tri-  
 declara-

uerat in die  
 17. Oct.

verſutia exarſerunt, vt Concilium velut hætere, ac ſuum  
 curſum interrumpere ſatis incommodè cogeretur; ſpeſq;  
 omnis vltioris progreſſus hoc in tempore tolleretur: tã-  
 tumq; aberat, vt S. Synodus Chriſtianorum malis & in-  
 commodis mederetur, vt multorum mentes, præter ſui  
 nimi ſententiam, irritaret potius quàm placaret. Cum igi-  
 tur ipſa ſancta Synodus, omnia & præcipuè Germaniam  
 armis ardere & diſcordijs videret, omnes ferè Episcopos  
 Germanos, præſertim Principes Electores, ſuis con-  
 ſultum Eccleſijs, è Concilio abiſſe; decreuit tantæ neceſ-  
 ſitati non reluctari, & ad meliora tempora reticere; v. Pa-  
 tres, quod eis nunc agere non licet, ſuis ouibus proſp-  
 ectum ad ſuas Eccleſias regredi valerent; ne diutius vtrubi-  
 que inuili otio conterantur. Atque ita, quoniam ſic tem-  
 porum conditio tulit, huius œcumenici Concilij Triden-  
 tini progreſſum per biennium ſuspendendum fore dece-  
 nit, pro vt præſenti decreto ſuſpenderit: ea ramen lege, vt, ſi  
 citius pacata res ſit, ac tranquillitas priſtina reuertatur,  
 quod ſperat Dei Optimi Maximi beneficio non lōgo ſpa-  
 tio futurum, ipſius Concilij progreſſus eodem  
 tempore ſuam vim, firmitatem, vigoremque habere ceſ-  
 ſatur: ſi autem quod Deus auertat, peracto biennio præ-  
 dicta legitima impedimenta non fuerint ſubmota, cum  
 primū ceſſauerint, talis ſuſpenſio eo ipſo ſublata eſſe  
 intelligatur, ac ſuus vigor & robur Concilio ſit reſtitutum,  
 & eſſe intelligatur, ſine alia noua Concilij conuocatione  
 accedente ad hoc decretum conſenſu & auctoritate Sa-  
 ctitatis ſuæ & S. Sedis Apoſtolicæ.

Interea tamen eadem ſancta Synodus exhortatur om-  
 nes Principes Chriſtianos, & omnes Prælatos, vt obſer-  
 uent, & reſpectiuè, quatenus ad eos ſpectat, obſeruare  
 ciant in ſuis regnis, dominijs, & eccleſijs omnia, & ſingula,  
 quæ per hoc factum œcumenicum Concilium fuerunt  
 hæc: nus ſtatuta & decreta.